ANDREAS CAPELLANUS. PUBLIUS OVIDIUS NASO

Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh. Seite 29r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Sz quousque mihi affuit a te vita penalis lenis
pt aura ymbrem mihi liberacionis infundere et rore
suauitatis inducere. Credo namque et fiduciam
gero plenariam quod tam nobilis tanteque fe-
mine probitatis non diu permittit me penis grauiter
subiacere sed a cunctis angustiis releuabit. Cui
mulier Reuera in tua persona nobilitati nouit
prudencia respondere et habitaculum inuenerunt sua-
uitatis eloquia que tam prouide tamque prudenter
tua nouisti iura proponere. Quid igitur tibi placet
in mea absencia mei cogitare persona michique
in omnibus quibus potes seruiendi habere propositum
debitas tibi refero grates. Et ego quidem uersanice
in tui quoque absencia cogitando tuaque serui-
cia libenter suo loco et tempore non detractabo sus-
cipere quia tantus es tantaque probitate reful-
ges quod nullius femine ascriberetur honori si
tua eloquia recusaret. Preterea nolo quod solius aeris
inspeccione contentus sis sed nostra sepe potius auctoritate
corporali potiri visione et opposita facie intueri
malo etenim ad vite tibi gubernacula conseruanda
laborem quam causam mortis prestare homicidiique
crimen incurrere. Cui sic respondet licet ipse estus
tenuibus pt ymbribus vita segetum prorogari ari-
ditatis tamen periculum euitare non possunt nisi rore
perfuse fuerint pluuiali. Potestis igitur in hunc modum
quem dixistis vitam prorogare amantis non autem a

Responsio mulieris